SAMMLUNG VON BRIEFEN UND TEXTEN GEGEN DIE HUSSITEN

Österreich (Wien), 2. Hälfte 15. Jh. (nach 1454, vor 1478; Ergänzungen: 16. Jh.) Seite 3r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6330
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



3

Iacobo Johanni Capistrano ordinis minorum

Licet tuarum serie litterarum non plus michi salutis offerre videaris quam
quod ipsis domini nostri ihesu xpi crucifixoribus Imo et gentilibus quivis op-
tare fidelium obligatur Tamen in eo non te sequens Salutem premitto
utique te dignam Si singulis epistole tue verbis respondere velim occu-
pationes magis ardue non sinunt nec opportunum autumo cum
nichil aliud quam Saluosconductus pragam adeundi tibi tuisque fratribus
exoptent Mira tamen hec videtur novitas quod tam ardenter eisdem
Saluisconductibus nunc inhies quos dudum per Generosum dominum
dominum Sbinkonem leporem de hazimburg Baronem Strenuum quoque
militem dominum Jacobum de rorzsowicz tibi ex ponte oblatos securis-
simeque provisos respuisti Ubi autem dissemiare te velle aris fluenta
sacri euangelii vereor ne semen dissidii in populum gratia dei sudoribus
maxis et sumptibus paratum et paduentum Serenissimi principis Regis
ladislai domini nostri gratiosissimi exhilaratum immittes per nociue cuius
fructus peiori forte quod auertat omnipotens plenus esset periculo a quo totis
optamus et volumus nisibus diuina cooperante gratia precauere Nam
cum nos et regnum hoc Bohemie a remotis satis finibus nunusiuste
et sinistre diffamare hereticareque non desinas pro ut et littere tue nuper
destinate continent per quod alium te amicum satis euidenter insinuas quam
littere tue sonant non abre tui absentia quam presentia delectamur a dissensionum
turbinibus precauendo Nichilominus tamen plures deo laus habet praga
qui salutis propinat semina plebibus perhabunde Qui nuper simul cum
ingentis pragensibus Serenissimi domini Regis ladislai domini nostri gratiosissi-
mi Consilium aggregatum accedentes paratos animos ostenderunt vocis
viue oraculo tibi debito modo resistere velle et contraire Id circo
causis expretendentibus Saluusductus tibi non dabitur nec decreto tuo
parere intendimus Sed si difficultas aliqua oportunitasue emerserit
illi auscultare nostra presto est et erit intentio cui iure et merito
est parendum Dat prage sabbato ante Natiuitatem domini nostri ihesu xpi
Annorum ab incarnatione eiusdem Millesimo quadringentesimo tertio
Georgius de Cunstat et de podiebrad
Gubernator et magistrarie Regni Bohemie

Georgio de Constat et de podiebrat + quaesiuit

Luciferine superbie se fatetur alumnum eterne salutis immemor tamquam
freneticus precipitium ex rupium altitudine venatur ac exallationis eius
criminis ruinam expectat et diuini iudicii debitam vlcionem Cum sis
ergo Gersick tue salutis hostis quid iuris habes vel cause querele
contra me si me tue salutis cupidum promo optareque nuntio quam
tu feroci non desinis persequi impia seuaque nequicia defedasti pragam
sanguine innocentum pia loca deo dicata profanasti Tunicam xpi ihesu
inconsutilem discidisti Jam plus tibi quam Rokazano imputandum cernitur
scisma pragense pleno corde tumente rabiem tui furoris in me tue

EX LIBRIS BIBLIOTHECAE VIENNENSIS